

Horologium sacrum, cum Promove Apologetico profero, et  
Responsione solida, singulari cum voluptate habens maribus ueritate solas.  
Maude, Horos inlyte, paecluris factis meritis, de dilecti, de patria  
de Republica Christiana aeternum nomen. Etsi mēre, Decq, opt.  
May. et pae posteritati uenerandum senectam tam consecrare. Quid  
uero dicam ego de communibus hisce uicis? quid sciantiam de pa-  
latinarum et bohemicarum rerum tristissimis perturbatio-  
nibus? Quibus nunquam conjuncta uel commissa fuissent! Qui  
auctores fuerunt, et sic spectantur factum, quid plausibile uide-  
retur: non uero cogitarunt illud: Non minor est uisus, quam  
quae re, parat hanc Oisclera me! quod de seculis, nec tu his  
mea tantam calamitatem, et uicis omnium confusione cogar  
sistere. Domini tamen factu uoluntas: eius iudicia admirari deest,  
seruari non licet. Deus illustrem tuam generosissimam cum  
Illustrissimae familiae, cui sospitem conferret. Heidelber-  
ga 15 Octobr. 1679.

233.

Gratiam Domini nostri Iesu Christi, ac efficacem  
S. Sp. gubernationem a Deo Patre animatus precatur  
D. Davidi Pareo Johannes D. Kesperici.  
Tuas, Vir Christiane, utraq, una cum libellis tribus  
Colloquiorum Sualbaeicorum ac liberis serenissimis  
nostro inscriptis recte accepi 1. Augusti, tempestiveq,  
ut me monuisti cum libellos tam literas tam serenissi-  
mo nostro quam spectabili ac magnifico Dno Stephano  
Bethlen | grata utrisq, | exhibui. Libellum ipse per-  
curri, quanta iucunditate! Serenissimoq, legendum  
suasi, cuius lectio serenitatem tuam mirum in modum  
oblectauit, adeo ut uel ad mensam in frequenti proce-  
rum Pontificiorum ut plurimum accubitu legendum  
sibi adferri petiverit. Quod legatus tuae Celsit. Gene-  
rosas Dny Stephanus Kovatzki nullis tuis redierit  
instructis mirata est supra modum, incuriamq, ipsius  
aut intercidisse aut ibidem relictas esse (idq, recte) |  
autumabat: Mora igitur haec apud suam sereni-  
tatem est excusata, et quicquid interuenit uitae, non  
alii quam

395

alii, quam Legato tribuit. De actis Synodi Jordaenae  
plusculum scire avebam, quam litera vestra habent. Noti  
enim adversarii egregie tibi abblandiuntur, in eorum ma-  
ximè sibi placent, quod tantos sua haereticos patronos, lon-  
ga licet loci intercapedine disritos, nacti sint, qui inter  
summos totius Europae Theologos intrepide religionis si-  
religio dici meretur. sua cornua erigere ausi sint.  
sed non dubito, quin occasione meliori fusius de iis à  
vobis edocear, quibus oraveram obthurare, spemque pro-  
sumtuose conceptam procidere possim. Illustrem  
nostram Comitem pie et paternè à vobis susceptum  
santa diligentia curari, vehementer gratulor, pater-  
namque vestram in eum benevolentiam suspirienter  
exoseulor: Quicquid officii et laboris in eum impen-  
deritis, efficiam, quantum in me est, ne in ingratum  
impendisse queramini. Utinam puer eam, qua par est,  
diligentia sua tractet studia, literisque ac honestis mo-  
ribus apprimè imbutus nostrae spei et expectationi  
responsurus olim redeat! Motus Bohemici quantum  
sumserint incrementi, nihil attinet scribere, cum  
omnia vobis plus satis constare persuasum habeam.  
Illud tamen literula non notare haud possim, Seve-  
rissimum nostrum Expeditionem multis multorum  
procerum praesertim Hungaria sollicitationibus petiti-  
onibusque, maxime verò incredibili gloriae Dei et patriae  
amore victus magnam suscepisse, misere oppressis Bohe-  
mis et Moravis supplicibus laboribusque, gentisque Hungaricae  
libertatem jam pridem amissam restitutum. Hactenus  
per Dei gratiam profectus fecit haud contemendos:  
omnia enim ungarica fortalitia, duobus exceptis, citra  
ullam sanguinis effusionem sua serenitati dedita  
sunt, pariter et civitates muratae, ultro et alacri-  
ter sub umbonem ejusdem sese receperunt, Ferdinan-  
do verò plenis buccis renuntiaverunt, Regi utpote fraudibus

Lontificus supposito. Scientum est, quod presidium Regium  
pro conservatione et defensione Coronae Hungaricae Poso-  
nium 13. Octobris missum, die 14. mensis jam notati ad inter-  
cessionem usq; ceciderimus. Nunc Posonii commoramur, diem  
Comitiarum, qui est 11. Novembrii, ante paucos dies indictorum  
prostitantes. Ne interim tempus haec inaniter transmitta-  
mus, placuit serenissimo Principi viennam versus con-  
tra Regium militem s; quem insignis et multa experien-  
tia Generalisq; exercituum Transylvanicorum Dux  
spectabilis ac illustris Dominus Franciscus REDI cum  
suis copiis, Bohemisq; atq; Moravis viennam usq; est  
insecutus s; excurrere. Proinde hodie hora 11. stipatus  
multis millibus hastatarum Posonio s; relicto interim hic  
maximo presidio s; egressus est, eo intento, ut perendie  
conjectis viribus fortunam, si supremo exercituum  
Duci Deo ita placuerit, armis experietur. Jehovah  
custos Israelis stet pro partibus nostris, Amen. - Dum  
haec scribo tertiae tuae exhibentur 27. nempe Augusti  
exarata, quibus quantopere periclitata sit vita Comitis  
nostri in Comitibus Francofurtensibus, simul quanta  
diligentia et prudentia eum periculo impendenti eri-  
pueritis, edoceor. Haec vestra industria ac fidelitate  
serenissimo Nostro, pariter et spectabilis ac Illustris Dno  
Stephano Bethlen parenti, nihil antiquius. Quod reli-  
quum est, harum exhibitores Benedictum Bizari et  
Michaellem Simandi singulariter vobis commendo,  
quos ut favore omni prosequamini etiam atq; etiam  
oro. Deum vero prepotentem humiliter adoro, velit  
tibi, vir admodum venerande, in hac etiam senecta  
vitam ulterius cum firma sanaq; corporis consti-  
tutione prorogare ad gloriam nominis sui usq;  
Ealesia tua salubres Amen. Actum Posonii  
25. Octobris ibiq;.

Salutem eternam